

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

203. An vinum congelatum sit sufficiens materia consecrationis? Et an  
Sacerdos consecrans in vino congelato peccet mortaliter? Ex p. 11. tr. 1. &  
Misc. 1. r. 17. p. 120.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# 120 Tract I. De Celebrat. Missarum,

Sup. hoc in Ref. præterita, §. Norandum. ad lin. 2.

7. Nota tamen, quod si vinum prius fuerit congelatum, & postea liquefatur, non est improbatum licet consecrari, quamvis minus decenter; quia est verum vinum, & actuali potationi aptum, sed congelatione aliquiliter immutatum. Sic Suarez disp. 45. sect. 1. in fine. Egidius Coninch. quest. 74. art. 5. in fine. & Palus vbi suprà Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 5. n. 87. qui citat Henriquez, Valentiam, & Vasquez. Puto tamen, & consultissimum iudico, si vinum in Missa ante Consecrationem etiam post oblationem congeletur, Sacerdotem aliud denuo infundere debere, & oblatum consecrare. Ita ex Suarez Dicastillus.

## RESOL. CCIII.

*An vinum congelatum sit sufficiens materia consecrationis?*

*Et an Sacerdos consecrans vinum congelatum peccet mortaliter? Ex part. 11. tr. 1. & MiC. 1. Ref. 17.*

Sup. hoc supra Ref. 201. §. 1. & 2. & in Ref. 202. §. 2. à lin. 2. & in Ref. 199. §. 2. Sed ego cursum ad lin. 7. vers. Obijc- cies.

1. Negatiū videtur respondere nominatum contra me Caramuel, fundam. 67. §. 1. n. 13. 2. vbi sic ait; Inquiero an possit consecrari vinum congelatum?

2. Respondet Aoustonius Noctinot in summa Dia- nae verb. Eucharistie materia n. 2. his verbis: Vinum si sit congelatum (vt sèpè contingit in Germania, immò etiam in Mediterranea Hispania, nempè in Castella, Legione, &c.) valide consecratur, non tam men licet, & probat, quia vinum per congelationem non corrumpitur quod substantiam potabilem enim adhuc manet potentia, quia liquefieri potest, & sumi; sed videtur hæc potentia remota.

3. Sed ego iterum doceo, quod ex me docuit meus Compendiator Pater Antonius Cotonius ex Terrio Ordini D Francisci vir quidem doctus, eruditus, & omni commendatione dignus; Dico igitur probabilitus esse, vinum congelatum esse sufficien- tem materiam consecrationis, & ita hanc senten- tiā, me citato, tenet Leander de Sacram. tom. 2. to. 7. disput. 8. quest. 36. vbi citat pro hac opinione 23. Doctores, quibus ego addo Capitulum in cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disput. 2. sect. 3. num. 17. Amicum in cursu Theol. tom. 7. disput. 16. sect. 3. num. 35. Præposi- tum in 5. part. D. Thora. q. 7. 4. art. 5. n. 48. Mercerum de Sacram. quest. 74. art. 5. num. 4. Viggiers vbi suprà, Opacouium de Sacram. tract. de Euchar. disp. 2. q. 3. num. 32. Franciscum Lugo de Sacram. lib. 4. cap. 2. q. 5. n. 2. 6. Martinum de San Joseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 2. de Euchar. num. 11. Castrum Palam tom. 4. tract. 21. punct. 4. num. 8. Baucium in Theol. mor- al. tom. 1. tract. 5. q. 9. dub. 4. & me citato Hieronym. Garziani in summa tract. 3. difficult. 9. dub. 1. punct. 2. num. 14. Antonium de Escobat in pref. Confess. p. 2. lib. 3. cap. 5. n. 2. Ioan. de Soria in Epilogi summarum part. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 7. §. circa materiam, Petrum à Sancto Joseph in idea Theol. Sacram. cap. 16. refol. 1. obseru. 4. Thomam Tamburinum vbi infra num. 11. Ioannem Pontium in cursu Theol. disp. 44. q. 3. concl. 1. num. 22. Pasqualigum in Theol. tom. 2. disp. 91. sect. 4. num. 26. Dicastillum de Sacram. tom. 2. tract. 4. disp. 2. dub. 5. num. 86.

4. Probatur, quia materia consecrationis est vi- num; sed vinum congelatum est simpliciter & ab- solutè vinum; ergo est sufficiens materia consecra- tionis. Confirmatur, quia non minor virtus requiri- tur ad consecrationem, quam ad primam produc- tionem, vt docet probabiliter sententia in 2. Physico- rum: sed sanguis Christi Domini potest conferuari

sub speciebus vini congelati, vt dictum est. Ergo, & potest primò produci, ac proinde in vino congelatu- reperitur sufficiens materia consecrationis.

5. Sed obijcies: Vinum non est materia Eucha- risticæ, nisi quatenus est per modum potus: sed eo ipso quod congeletur, non retinet modum potus: Ergo congelata non est materia baptismi, quia non est opus ad ablendum: Ergo vinum congelatum non est materia Eucharistie, quia non est aptum ad potandum. Respondeatur, distinguendo maiorem, vi- num non est materia Eucharistie, quando non retinet substantiam vini, aut certè opus est magna aliquo transmutatione, vt fieret opus, quia verò congelatio retinet substantiam vini, & exiguo calore aut humi- date potest ita liquefieri, vt potari possit, ab omni censetur esse potus. Et sanè si obiectio esset efficax, probaret nec posse sanguinem Christi Domini sub speciebus conglatis conferuari, quia nunquam ei Christus Dominus sub speciebus vini, nisi ut per modum potus animam reficiat. Ad confirmationem, concessio antecedente, negatur consequentia. Ratio verò discriminis est, ablatione esse materialiter proximam baptismi, & ita dum aqua ita est congelata, non posse ablueri, non sufficerat ad confundendum hoc Sacramentum: potari autem non pertinet ad efficiendum, sed ad vsum Eucharistie, & id ad materiam illius sufficere id, quod est absolute vini, & facili transmutatione liquefieri potest, vbi non.

6. Deinde, negandum igitur in nostra sententia vinum congelatum non esse per modum potus, nec difficilior potetur, & assignanda dispartes inter vo- num, & vuan; quia vua, & quidquid in ea est cibus est, & moraliter habetur vt cibus potus, quam po- tus: Vinum verò conglaciatum adhuc habet ut potus, nec moraliter censetur in hominum estimatio, vt cibus: multum autem hoc refert aliam moralē, & institutionem Sacramentorum, que moralis entitas est, licet in physicis fundata. Ego dem in die ieiunij quantumvis prohibitor su- duceare, nemo dixerit vino congelato soli sequuntur, supposita vera sententia quod nullus potus vici frangat ieiunium Ecclesiasticum: Signum ergo, illum non esse cibum, ergo erit potus, & cibum. Ergo potus vini. Nam neque esse cibum, neque potus, nemo dixerit.

7. Ex quibus patet responsio ad argumentum Caramuelis, vt vinum congelatum efficiatur pos- sible esse in potentia remota; nam hoc nihil offici.

8. Aequè certum est conferuari sanguinem Christi in speciebus conglatis iuxta communem senten- tiā, quam approbat Missale Romanum, praecipue illas species liquefieri, & sumi à Sacerdotiis ut confe- cratas; quia reuera vinum per congelationem non amittit formam vini, cum post liquefactionem ma- neat vinnum sicut antea, ex quo fit possit etiam confe- crari validè, dum congelata sunt: neque oblitera- vt sic non esse potum liquidum, quia licet non sim potus facilis, est tamen simpliciter potus: possit enim potari, si prius vel alio medio, vel falso in aliis oris calore dissoluantur; sicut etiam noxie sine di- plicite cibus, licet necesse sit eas prius confingere, vt possint manducari. Immò in rigore etiam vinnum congelatum, si paulatim deglutiatur, potari, & se- foluit ieiunium sive paulatim, sive simul eum de- glutiatur, quia semper habetur vt potus.

9. Concludo igitur, quod vinum congelatum re- tinet eundem naturæ statum in substantia, ac si con- gelatum non esset, mutata solum qualitate rarefac- tum in densitatem. Deinde, quia si vinum congelatu-

ANTIC  
SPECI  
Tom. I  
E III

# Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CCIV. 121

nem consecratum erat; Ergo etiam si congelatum sit, erit apta materia ad consecrationem. Consequen-  
tia est manifesta, quia utrobius requiritur eadem  
veritas, scilicet quod ibi sit sanguis Christi ex vi  
verborum.

10. Sed an Sacerdos consecratus in vino conge-  
lato peccet mortaliter, negatiu[m] respondet Vasquez,  
et Hurtadus alibi à me adduci, quibus nunc addo  
P. Thom. Tamburinum opus de Sacram Missa lib. 2.  
cap. 8. §. 8. n. 14. Sed h[oc] opinio mihi displacebit, nec  
illam prorsus admitto, & ideo Sacerdotem in tali  
casu peccare mortaliter docet Martinus de San Jo-  
seph, vbi supra, cui adde Leandrum de Sacram. tom. 2.  
tract. 7. disp. 8. quest. 37. Ochagavia de Sacra Euchar.  
tract. 1. q. 9. n. 7. Præpositum in 3. part. quest. 74. art. 5.  
n. 49. Gatziam in summa tom. 3. diff. 9. dub. 1. part. 2.  
num. 14 Auerksam de Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 5. Fa-  
gundez part. 3. lib. 2. cap. 3. n. 10. Serrani in 3. p. quest...  
art. 5. Vvigeris num. 41. Mercerum n. 4. Castr. Palamini  
tom. 4. tract. 21. punct. 4. n. 8. Villalobos tom. 1. tract. 7.  
diff. 7. n. 2. Suarez tom. 3. disp. 45. sect. 2.

11. Nota vero, Amice Lector, opinionem cha-  
ritissimi Caramuelis, quam supra impugnauimus non  
care probabilitatem, & illam præter Alanum, Hen-  
riquez, Armillam, Martinum, Ledesmam, Angles, &  
alios docet nouissimè P. Lessius in 3. part. 9. 74. art. 5.  
num. 24. vbi sic ait:

12. De vino solidè gelato dubium est, quidam  
enim putant esse idoneum, quæ sententia non est im-  
probabilis. Verius tamen videtur, non esse idoneum,  
sive ibi sit species vini, sive non. Ratio est, quia non  
est potabile, sicut nec in vinis. Ita ille, sed h[oc] ratio  
iam supra satis soluta remansit.

13. Vnde ex solidissimis rationibus magis hanc  
sententiam probat, & tenet doctissimus Episcopus  
Araujo in 3. p. D. Thom. quest. 74. art. 5. dub. 1. n. 52. fir-  
mans vinum congelatum non esse materiam aptam  
pro consecratione; Sed tu ne deseras opinionem af-  
firmatiam, quam supra firmavimus, est enim com-  
muniō, & magis validis vallata rationibus, ex quibus  
respondebit facile ad ea, quæ in contrarium ad-  
uersarij adducunt.

## RESOL. CCIV.

An validè consecrari possit materia cuiusvis paruita-  
tis, dummodo sit sensibilis?

Et an materia, quæ ob sui paruitatem nullo sensu exte-  
riori percipi posset, consecrari possit?

Et an materia consecrabili debet esse sensibilis ab  
ipso metu Sacerdote, vel sufficiat, quod sit sensibilis  
respective alterius, qui habet sensum magis acutum?  
Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 36.

§. 1. Negatiu[m] respondet nouissimè P. Pasquali-  
gus in sua Sacra Doctrina, tom. 2. disp. 92.  
sect. 2. num. 9. vbi sic ait: Dicendum est materiam  
consecrandam non posse esse minimam, quamvis sit  
sensibilis, sed debere esse tantæ quantitatis, ut possit  
applicari per modum cibi, aut potus, alioquin non  
consecrabitur. Probatur: Hoc Sacramentum est in-  
stitutum à Christo sub ratione cibi, & potus: ergo  
nisi materia sit tanta, ut tanquam signum sensibile sit  
applicabilis ad cibandum, non habet rationem ma-  
teria; quia non est illud signum, quod est institutum  
à Christo. Confirmatur: Sacramentum nedum de-  
bet esse sensibile, sed etiam sensibili modo applica-  
bile: Ergo materia, quæ non est talis, non est suffi-  
cens. Confirmatur secundū: si non esset applicabi-  
lis, non haberet significacionem sacramentalem,  
Tom. II.

L. Amicus

quia h[oc] fundatur in ratione cibi; & ratio cibi non  
solum dicit substantiam cibarium, sed etiam quod  
possit deferire ad cibandum, sine autem significa-  
tione sacramentali non habetur Sacramentum. Obij-  
ciones: Paruitas materia non varia essentialiter mate-  
riam: ergo non facit quod non possit consecrari.  
Respondebit: Non variare materiam quoad substi-  
tutionem, & variare tamen quoad rationem signi sensibilis,  
quia facit quod non sit illud signum sensibile, quod  
est institutum à Christo. Obijciones secundū: Si ab  
Hostia consecrata separatur aliqua minima particula,  
manet sub ipsa corpus Christi, sicut etiam maneret  
forma panis si Hostia non esset consecrata: Ergo,  
cum eadem materia, quæ sufficit ad factum esse, fe-  
ciet etiam ad fieri, poterit minima particula consec-  
rari. Respondebit: Si talis minima particula ita se-  
paretur, vt tamen mortaliter habeat rationem eius-  
dem cibi cum hostia, contineat corpus Christi: secus  
autem si non habeat rationem eiusdem cibi, quia tunc  
definit esse illud signum sensibile, quod requiritur  
ad Sacramentum. Et hoc modo intelligendum Con-  
cilium Tridentinum sess. 13. Et can. 3. de Eucharist.  
dum definiit sub qualibet parte separata manere cor-  
pus, & sanguinem Christi, intellegit enim de parte,  
quæ retinet rationem cibi partialis respectu totius,  
a quo pars separatur. Hucusque Pasqualigus.

2. Sed hanc opinionem refellendam esse puto,  
cum sit contra communem sententiam Doctorum,  
& præcipue D. Thomæ in 3. quest. 74. art. 2. Dico igitur  
omnem materiali cuiuslibet paruitatis, sensibilis  
tamen, esse consecrabilem, nam illud omne potest  
consecrari validè quod est verè panis, aut vinum  
pronomine hoc, aut his more humano demonstrabi-  
le; sed huiusmodi est pars quantumvis exigua, si  
more humano, sensibilis sit: Ergo est valide conse-  
crabilis. Minor patet; quia cum panis, & vinum  
non sint substantiae viventes, non habent terminum  
paruitatis, seu minimum naturale, vt vocari solet;  
proinde in quantilibet exigua parte, esse, & saltem  
aliquantis per conferuari possunt, ac proinde sunt ve-  
rus panis, & verum vinum; cumque possint naturaliter  
sive humano more per aliquem percipi sensum,  
possunt humano, & ordinario more pronominibus  
Hoc, vel Hic designari, & dici.

3. Aduerte, vt materia censeatur apta consecra-  
ta ex parte sensibilitatis non requiri, vt visu percipi-  
atur, vel etiam possit percipi à maistro consecra-  
te, sed sufficere si possit percipi tactu, vel gustu, quia  
per illos sensus potest haberi sufficiens certitudine de  
præsenti materia, quæ ad consecrationem requiri-  
tur, & quod ita sentiri potest, potest demonstrari  
per pronomen hoc, vnde particula panis, quæ propter  
suam paruitatem non potest visu percipi, potest  
validè consecrari, si tactu vel gusto percipi possit.  
Dixi si sit sensibilis, quia si substantia panis rena-  
neat sub particula omnino insensibili, ea non poter-  
rit cœctari: cum enim Sacramentum sit signum  
sensibile, saltem dum ipsum conficitur, requirit ali-  
quid sensibile, quod in easu hypothesis nullum  
est: idem ex forma potest confirmari, nam prono-  
men hoc in forma designat aliquid sensu perceptibile,  
& proinde si nihil tale sit præfens consecran-  
ti, is non poterit dicere, hoc. Et ita nostram senten-  
tiam docet Lessius in 3. part. quest. 74. art. 2. dub. 1.  
num. 4. Bernal de Sacram. disp. 29. sect. 4. num. 24.  
Cardinal Lugo de Sacram. Eucharist. disp. 4. sect. 4.  
num. 108. cum fgg. Præpositus in 3. p. quest. 74. art. 2.  
dub. 1. num. 4. Dicatillus de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 2.  
dub. 13. num. 230. Toletus lib. 2. cap. 15. n. 5. Henriquez  
lib. 8. cap. 14. num. 4. Reginaldus tom. 1. lib. 9. num. 17.  
Martinon de Sacram. Euchar. disp. 29. sect. 2. num. 20.